Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Sacerdotes tui dñe induant iustitiam et sancti tui exultent propter David seruum tuum non auertas faciem xpi tui. Ps. Memento domine dauid et omnis mansuetudinis eius. Orõ.

Da quesumus omnipotens deus. ut beati siluestri confessoris tui atque pontificis veneranda sollempnitas. et deuocationem nobis augeat et salutem. Per. Eccl. Ecce sacerdos magnus qui in vita sua iust. Gr. Ecce sacerdos. Alla. Elegit eum. Euo. Vigilate ergo. Offer. Inuenit dauid. Secr.

Sancti siluestri confessoris tui dñe nobis pia non deficit oratio que et munera nostra tibi conciliet. et tua nobis munera gratia semper obtineat. Per. Com. Beatus seruus. Oplin. Oremus. Deus omnipotens deus. ut de paschalis mysteriis gratias exhibentes beatissimam pacem consequamur. Per. Pauli papae Decretum Dominus iusti. Coll. ut de simplicitate confessoris. Ad. Hoc est enim qui iustus. Gr. Iuravit dominus. Alla. Amavit eum. Euo. Ecce nos reliquimus omnia. Secr. commemoratione sancti Pauli. Offer. Gloria et honore. Com. Posuisti domine. Et

Deus qui hanc eccl. Orõ.

Deus qui electos famulos tuos continue operare non cessas mirabilia concede propitius. ut gloriosi confessoris tui atque pontificis erhardi qui pro amicitia tua in mundo exhibuit mira cultus eius precamine a mentis et corporis gravitate liberemur. Per. Hac nos quesumus dñe deus secretum intercedente sancti erhardi confessoris tui atque pontificis hiis muneribus offerendis conuenienter aptari. quibus tipi celestis et venerabilis sacramenti memoria celebratur. Per. Oplin. Accepta nobis dñe sacramenta pbeat sublimium. ut et grata tibi sint precibus ad honorem et meritum sancti erhardi confessoris tui atque pontificis nobis ad eternae salutis prouentum iugiter proficiant. Per. Hylarii epi. Collecta.

Deus qui venerabilem diem beati hylarii confessoris tui atque pontificis festiuitate sollempniter recurrentem populo tuo dedicasti. concede propitius nobis. ut quod ipsi eius amore deposcimus. eo suffragante consequi meremur. Per. Secr. et Oplin. ut de confess. et pontifice. Reliqua confess. Os iusti. Orõ.

Concede quesumus omnipotens deus.